



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-801238-p0001-3

DFG

1768, 12.
No. 6.

S P E C I M E N
C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M
Q V A T E N V S

P A C T V M D E R E M I T T E N D O
A B V N O C O H E R E D E I N I T V M
R E L I Q V I S P R O S I T

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. I V R. N A T. E T G E N T. P U B L I C. O R D I N.
E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.
S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X I X. I A N. A N N O C I C I O C C L X V I I I .

P U B L I C E D E F E N D E T

C H R I S T I A N V S G O T T L I E B B E N I A M I N
G E Y E R

I S L E B I E N S.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

SPRÖDMEIN
CONTINUUS
GATIANUS
CARAT VARS GONTOVARESAM
AB UNO CONFERDE INTIAM
REFUGIUS PROSIT
GAVON
ITALIA ICLOVAM ORDINS GRATIA
BRAESEIDIA
PROFESSIONE IAR NTA LI EENT TARTIC ORDIN
AT SOCIETATI LITTERA MATERIA
2010
IN AUDITORIO PETRINO
DIE LIX. IAN. ANNO CINCICCLXXVII
HABITAC DETERMINAT
CHRISTIANAS GOTTHEB BENIAMINI
CERUER
ISLAMIANA
LIPSIACE
XX. OCTOBRIS LANGENHORNIVS



QVATENVS

**PACTVM DE REMITTENDO
AB VNO COHERENDVM INITVM
RELIQVIS PROSIT.**



Cum hereditas indicet successionem in omne ius omnesque obligationes, quas defunctus habuit; ita continuant quoque heredes iura acquisita et obligationes a testatore contractas. Non vero in persona vis obligationis deposita, sed in re, seu hereditate; causa vero per quam persona heredis obligatur, in aditione hereditatis quaerenda. Quod itaque adita hereditate demum heredes, praeterquam *sui* olim, qui ipso iure obligabantur, facta defuncti stare

stare tenebantur, nulla amplius rerum hereditiarum habitatione, an sufficerent, nec ne: antiquitus cretio heredibus data intra centum dies, post deliberandi spaciū aut Praetorio aut postea Imperatorio iure, et demum a Iustiniano inuentarii beneficium, quo possent sibi prospicere, ne adirent, priusquam explorassent, quantae sint vires hereditatis quantaque obligationes, ne ultra vires hereditatis dein obligarentur. Sicuti vero et plures quis instituere potest, vel in eodem gradu ex lege habere heredes, ita hi ipsi cohaeredes omnes simul, cum ius hereditarium ad res incorporales referendum, obligationes adimplere defuncti debebant, nisi vel testator aliter disposuerat, vel conuentio quedam intercedit, quae hanc juris generalis rationem mutat.

§. II.

Hinc ergo si plures sint cohaeredes, vel agunt, vel etiam conueniuntur ex iuribus et obligationibus hereditariis, iis videlicet, quae transmitti possunt in heredes. Quae ergo cum in se indubia sint, oritur quaestio: Si unus ex pluribus coheredibus cum creditore hereditario pacificatur de remittenda obligatione, an hoc pacatum reliquis coheredibus proficit, ut simul ab obligatione illa liberentur. Evidem affirmatam simpliciter deprehendi eam quaestionem; at vero tot obiecti dubitationes et in legibus adeo fundatas deprehendi, ut pure affirmare eandem valde dubitem,

S. A. S. III.

§. III.



3

§. III.

Non quidem me moueret autoritas L. 38. §. 17. π.
de V. O. vt in negatiuam sententiam declinem, quippe
aliud est acquirere obligationem, aliud ab obligatione libe-
rare. Neque cum de coheredibus sermo sit, haec com-
mode applicari possunt, quae ex L. tit. 38. petuntur ar-
gumenta. Hinc absque dubio paululum, quantum per
libelli breuitatem fieri potest, rem distinctius tracta-
bimus.

§. IV.

In hac ergo quaestione decidenda ante omnia ad pacti,
quod vnum ex coheredibus init, argumentum respicien-
dum est, quippe ultra paciscentium intentionem pacti vis
extendi nequit. Si itaque ponamus, vnum ex coheredi-
bus pacisci cum creditore quodam hereditario, vt suam
sibi partem ex hereditaria portione soluendam remittat,
huic tantum paciscenti coheredi prodeste hocce pacem,
non aequre reliquis, indubitati iuris est. Quodsi ergo te-
stator, qui Sempronio CCC debebat tres reliquisset here-
des, vnum eorum paciscitur cum creditore, ne, quae in
suam portionem soluenda veniant centena, petat, huic tan-
tum exceptio pacti de remittendo proderit, non aequre re-
liquis coheredibus, qui sua CC adhuc soluere cogendi sunt.
Ita in alia causa, a qua ad nostram argumentum duci potest,
IVLIANVS apud VLPIANVM in L. 7. §. 6. π. Pac*t*.
decidebat. Verba sunt; Sed cum duo heredes emtori exti-
terunt, venditor cum altero pactus est, ut ab emtione recederetur:
ait Iulianus, valere pactiōnem, et dissolui pro parte emtione, quoniam et ex alio contractū paciscendo alter ex heredibus ac-
quirere sibi potuit exceptionem.

A 3

§. V.



§. V.

Iam vero, si fingamus adita diuisaque inter coheredes hereditate vnum ex coheredibus aeris soluendi obligacionem in se suscepisse, inque transactione illa, quam super diuisionem hereditatis coheredes iniere, reliquis promisisse, se trecenta, quae defunctus Titio debebat, soluturum. Hic postea cum Titio creditore de vel integra summa, vel illius parte aliqua remittenda pactum fuisse, quaeritur: an, si Titius reliquos coheredes conueniat, tuti sint exceptione parti, et an pactum, cum uno coherendum initum reliquis proficit? Verum quidem est, pactum cum uno initum reliquis quidem ius acquirere non posse, nisi ipsi consentiant, neque quae transactione statuta sunt inter coheredes, regulam facere creditori, qui, quem debitorem agnoscere deberet, cum integra hereditas obligata esset perque eam coheredes omnes, cogendus non est, maxime cum in illam transactionem coherendum non consenserat; tamen non dubito, quin recte coheredes vtantur exceptione doli, si forsan a creditore conueniantur. Est enim id, quod a coherede initum est pactum cum creditore *reale* ut putat *VLPIANVS* in *L. 7. §. 8. π. de pac̄t.* In rem sunt, inquit, *quotiens generaliter pac̄tor, ne petanu.* Quod si ergo pacto hoc reali obligatio per exceptionem sublata, iniquumque esset, quod semel creditor remisit, si iterum conetur hoc destruere, vtiqueque in dolo veretur, rectius arbitrator, coheredes, qui quidein pacti cum creditore non sunt, tutos tamen doli exceptione futuros.

§. VI.

At quid? si nondum diuisa hereditate vnum ex coheredibus cum creditore paciscatur, ne quod debebat defunctus, petat,

perat, an hoc pro sit coheredibus. Arbitror dias esse species posse sub intelligendas. Aut enim coheres a reliquis coheredibus mandato instructus est, sicut nomine omnium ex mandato paciscitur cum creditore de remittendo debito; et dubitandum non est, prodesse debere hoc pactum coheredibus. Ita sane iudico ex autoritate V L P I A N I in L. 10. §. 2. π. de pac̄t. Ait: *Si procurator meus paciscatur, exceptio doli mibi proderit, ut Trebatio videtur: qui putat, sic uiri pactum procuratoris mibi nocet, ita et prodesse.* Quamvis quidem exceptione pac̄ti non utantur coheredes, qui coheredem procuratorem constituerant, sed tantum exceptione doli, quae subfidium est pac̄ti exceptionis per L. 10. alleg; tamen pactum procuratoris causa unica est, ut hac vti coheredes queant exceptione, et sic recte adfirmatur, prodesse pactum coheredibus.

§. i. VII.

Aut paciscitur coheres nullo instructus mandato, videntur an tunc pro sit coheredibus? Distinguo aut generaliter pactum est, aut pactus est coheres: ne a se et coheredibus petatur. Si generaliter pactus sit coheres nullo instructus mandato, arbitror, prodesse hoc pactum, idque autoritate P A V L I in L. 21. §. 5. π. de pac̄tis. Scribentis: *In his, qui eiusdem pecuniae exactionem habent in solidum, vel qui eiusdem pecuniae debitores sunt, (quales sunt coheredes in debito hereditario) quatenus ALII Q V O Q V E P R O S I T, vel noceat pac̄ti exceptio, quaeritur, et in rem pac̄ta OMNIBVS PROSVNT, quorum obligationem dissolutam esse eius, qui paciscebatur, INTERFVIT.* Et L. 23. eod.



eod. Sed tunc demum sc. conuentio facta prodest, cum per eum, cui exceptio datur, principaliter ei, qui pactus est, proficiat: ex manifestis pacificis manifestis si forte nomine de remittenda hereditate ut dicitur quod pactum non sit nisi pactum cum ceteris copiis.

§. 1. VIII.

Tandem si ita de remittendo pactus fuerit unus ex coheredibus: ne a se, neve a coheredibus petatur. Dubium videri potest, an pactum hoc profit coheredibus: Sane si argumentum petamus ex PAULO in L. 21. §. 2. π. de pacti verior videtur negativa, scil. coheredibus non prodest, Ait enim: Si pater pactus sit, ne a se, neve a filio petatur; magis est, ut pacti exceptio filiofamilias danda non sit. Sed verba, que subiicit: Sed doli profit, rem facile dubiam decident. Cum enim pacifcentis coheredis interst, ne a coheredibus petatur, quippe si non solvatur, ipsa hereditas non minuatur, facile patet ex sententia Pauli, pacti quidem exceptione coheredes non tueri, qui pacti non sunt, tutos tamen fore doli exceptione opposita, cum interst principaliiter pacifcentis, ne ab coheredibus petatur; sique pactum, quod praeterea ipsam rem adficit, ipsis coheredibus recte proderit.



ULB Halle
005 880 491

3



ND18





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-801238-p0012-4

DFG



1768, 12.
No. 66.

S P E C I M E N
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVVM
QVATENVS
ACTVM DE REMITTENDO
AB VNO COHEREDE INITVM
RELIQVIS PROSIT
Q V O D
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
CHRISTIANO HENR. BREVNING
O F F E S S O R . I V R . N A T . E T G E N T . P V B L I C . O R D I N .
E T S O C I E T A T . L I T E R . D V I S B V R G .
S O C I O
I N A V D I T O R I O P E T R I N O
D I E X I X . I A N . A N N O C I C I D C C L X V I I I .
P V B L I C E D E F E N D E T
I S T I A N V S G O T T L I E B B E N I A M I N
G E Y E R
I S L E B I E N S .
L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .